


Tandem tandem iustitia obtinet.



*Æacida Hectoræo perfusum sanguine scutum,
 Quod Græcorum Ithacæ concio iniqua dedit.
 Iustior arripuit Neptunus in æquora iactum
 Naufragio, ut dominum posset adire suum.
 Littoreo Aiæcis tumulo namq; intulit unda,
 Quæ boat, & tali uoce sepulchra ferit.
 Vicisti Telamoniade, tu dignior armis,
 Affectus fas est cedere iustitiæ.*